310 praefatae Gnosae Annae Bieniecka Consortis extunc praedicta bona et res generaliter omnes Inscriptionem praesentem subiectae Morte praedicti Mariti sui derelictae ad successores praenominati Mariti sui sine quovis impedimento et contradictione successorum eiusdem Consortis suae totaliter et plenarie redibunt et devolvent. Similiter quoque si prius praefatae Nobilem Annam Bieniecka Consortem suam, quam maritum ipsi mori contingerit. Extunc Is Idem Maritus suus bona supra scriptam omnia et res supramemoratae Morte Consortis suae derelictae cum omni eorundem bonorum Iure, dominio, proprietate, omnibusque et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus commodis emolumentis attinentibus et pertinentibus generaliter universis tenebit habebit et possidebit, illisque quiete et pacifice utifuerit ad extrema subiect vitae suae tempora post mortem vero et de hac luce decessum eiusdem Mariti sui extunc bona supra scriptam omnia, resque memoratae Morte praenominatae Consortis suae derelictae, Inscriptionem praesentem ad vitalitium subiectae ad successores praefatae Consortis suae sine quavis contradictione et impedimento successorum memorati Mariti sui totaliter et plenarie devolvi debebunt et tenebuntur his suis praesentibus personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Popiel Conti Reformat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensis Ca-
503 pitanus Premisliensis Nobilis Paulus Popiel, olim Nobilis Ioannis Popiel Czarnekowicz # Sanus mente et Corpore Existens a terris districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesentibus vero Castrensis Capitanus Premisliensis Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie

filius

et plenarie incorporando atque subjugando pactum libere pu-
blice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobilis Ca-
therinam Siemaszowna, olim Nobilis Basilij Siemasz filiam
sui vero Recognoscens Consorti ultimae eiusque posteris summam
Ducentorum florenorum polonicorum ratione veri dotis et expeditionis
post ipsam acceptae et indemnum suam importatam, nec non aliam
similem summam Ducentorum florenorum polonicorum ratione certi veri
justi et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate
omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obliga-
torum Mobilium et Immobilium summarumque quarumvis
pecuniariarum, nec non auri Argenti denodiorum unionum
Margaretharum Stanni aeris Cupri, Orichalci vestium
vestimentorum, Equorum Equiream pecorum pecudum
ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in
post habendae, in quacunque forma et materia existentis
dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et Reformavit, put
dat et dotat dotalitiat inscribit et Reformat praesentibus
Per ipsam Nobilem Catherinam Siemaszowna sui Re-
cognoscens Consortem eiusque posteros eandem medietatem
bonorum suorum haereditariorum et obligatariorum Mobilium
et immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum
cum universis eorum utilitatibus et usufructu, competen-
tiaque et praerogativa quavis tenendi habendi et pos-
sidendi illisque quiete et pacifice utfruendi ad suos
et suorum successorum quosvis beneplacitos usus fructus
libere et effectualiter convertendi vigore ac more
aliarum Reformationum hoc tenus et diutius in Regno
observari solitarum praesentique sua Recognitione

Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Zborzynski Conti Debet

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobilis Michael Zborzynski, sanus mente et Corpore existens a Terris destructibus Juribus Jurisdictionibus suis quibuscumque propriis et competentibus recedendo praesentibus vero Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjuvendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Mariannae Szapska futurae Consorti suae eiusque posteris summam sexcentorum florenorum polonicorum certi veri justi et liquidi debiti mutuatamque pecuniam quamlibet florenorum grossis Triginta polonicorum computando et numerando tenetur ac debet, quam quidem summam praedictam sexcentorum florenorum Idem Recognoscens memoratae Nobili Mariannae Szapska futurae Consorti suae, eiusque successoribus, se cum suis posteris in et super bonis suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis quibuscumque habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus hunc ab actu praesenti pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in anno Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo venturo praxe, daturum solvturum numeraturum, et coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis repositurum et relicturum, repositamque et relictam rursus ab eodem officio non effidevissarum nec arestaturum, vel quovis alio modo solutionem eiusdem summae impugnaturum. Idque sub Vadio similis summae sexcentorum